



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

De S. Raymundo Abbate, & Sanctio Rege, fundatoribus Militum Ord. Calatrauæ. cap. LXXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38372**

etas (vulgo Disperfas dictas) regno conquisiuit; & Septam Africae Ciuitatem, Mauris ademptam, Portugallis dedit. Fato concessit anno Domini 1433. regni sui 50. *Genealogia Regum Lusitaniae, & Caesar Campana de eisdem.*

Sanctus Frater Ferdinandus, Fratris Ioannis, praefati Portugalliae Regis filius, ab incunte aetate Ordinem Militum Auifiorum ingressus, patre ad regnum assumpto, Militiae Magister factus est anno Domini 1385. Demum bello Saracenico captus, apud hostes in vinculis ea vixit patientia, vt molae qua uiuere cogebatur cum famulo per se satis sufficiente, suas partes obiret: ob quam vitae abstinentiam, & crebra quae ad eius sepulchrum fiebant miracula, Diuorum albo est adscriptus. Obijt anno 1443. die 17. mensis Iunii, & in caenobio Batallae sepultus est. *F. Stephanus Lusignanus corona 4. cap. 7. & alij nonnulli.*

Frater Georgius, Ioannis II. Lusitaniae Regis filius, Dux Coimbriae, & Turris nouae Marchio, miles, & Magnus Magister Equitum Auifiorum a prima aetate factus, claruit maximè anno Domini 1490. *Genealogia, & Caesar Campana supracitati.*

*De S. Raymundo Abbate, & Sanctio Rege, fundatoribus Militum Ordinis Calatrauae. Cap. LXXV.*

**N**ON absimile principium Militibus Calatrauensibus, Sanctio Desiderato Castellae, & Ferdinando Legionis & Galliciae, Regibus, fuit. Calatraua enim oppidum loco munito in Oretonis ad Anam flumen situm, quo tempore ereptum est a Mauris, Templarijs militibus, ut arcis instar esset ad Barbarorum impetus repellendos, commendatum est: ij, Mauris ad castrum obsidendum magno numero aduentantibus, defensionis spe abiecta, Sancium Regem conuenientes arcem cum oppido reddiderunt. Inter nobiles deinde inuentus est nemo, quamuis a Rege ea de re interpellati, qui suo periculo arcem custodiendam susciperet. Contigit, idque non sine uoluntate diuina, ut duo Cistercienses Monachi, quibusdam alijs negotijs impediti, eo tempore Toleti de morarentur, Raymundus Fiterij ad Pisoricam Abbas (errant qui hanc laudem ad Fiterij caenobium allegant, quod in Vasconibus non procul Tudela situm est, cum constet consequenti tempore fuisse exstructum) atque eius socius Dieghus Velasquius, is uerus antea  
Alphonfi

Alphonſi Imperatoris miles, multisque bellicis operibus clarus, rerum deinde humanarum contemptu monachum induerat, & ut erat magno animo, monendo, suadendo, hortandoque cunctantem, effecit ut oppidi defendendi curam in se Abbas susciperet. Consilium specie temerarium erat, re Dei afflatu conceptum, nam contra tantas difficultates ratione satis prouid. . . . poterat. Ea res Regibus Sancio, & Ferdinando primum gratum . . . fuit, deinde Ioanni Præsuli Toletano, in cuius ditione Calatraua sita est, qui pecuniâ de suo suppeditauit, & suis exhortationibus effecit, ut tam nobiles, quam populares, Abbate ductore discrimini sese offerrent, ne in tanto periculo religionem Christianam deserere uiderentur. Itaque cum tanti apparatus rumor percrebuiſſet, Mauri spe sua deiecti Calatrauam non uenerunt. Id felix, faustumque & bene ominatum initium eius militiæ fuit anno 1157. Donatus deinde Abbas, Calatrauæ principatu, cum subiecto sibi agro a Regibus præfatis, plerique milites eum secuti vestem mutarunt, quam ille talem attribuit, eiusque formæ, quæ armorum usum non impediret. Raymundus deinde uita feliciter transacta, obiit ad oppidum Ciruelos, ubi & sepultus est, & in Cœlestium numero repositus. Dieghus etiam Velasquius ad multos annos uita producta, Gumielæ, in Monasterio Diui Petri obiit, ibique sepultus est non sine sanctitatis opinione. Ab his initijs sacram Calatrauæ militiam in hunc quem cernimus splendorem perductam, sub P.N. Benedicti Regula, & Cisterciensi habitu candido, Alexander Papa III. anno 1164. suo diplomate confirmauit: Innocentius Papa III. anno 1199. ratificauit, & priuilegijs auxit: & ut, semel tantum, uxores ducere possint, Paulus Papa III. anno 1540. sua benignitate indulſit. Crucem rubram in candido amictu, Benedictus XIII. qui Pontificias uices agere se putabat, sua auctoritate adiunxit, idque factum anno Domini 1396.

## A N N O T A T I O.

*Volaterranus lib. 21. Antropologia, & Bugianus noster, nonnullique alij, qui forsitan ab his, tanquam fontibus, id hauserunt, putant, imo & in scriptis suis reliquerunt, Calatrauenses Milites Nigro uestiri colore; quæ eorum opinio, non sic accipienda est, ut putemus habitum Religionis Militum Calatrauensium, id est Cucullum, nigrum fore, sed intelligenda uenit de habitu exteriori quotidiano, quando Cucullo non utuntur, qui ita eis proprius est, ut etiam in eorum Comitibus Generalibus lege sancitum sit, ut nullus illius Religionis Miles, cuiuscumque dignitatis, uel ætatis sit, aliquo alio colore possit uestiri.*

Do-

Domicilium Calatrae primo collocatum est, Ciruelos deinde, Buxedam mox, Corcolem deinceps, & Saluaterram migravit. Coenos ad extremum Nunnio Fernado duodecimo eius militie Magistro.

*Magistri Generales Ordinis Militum de Calatra.*

Cap. LX XVI.

- 1 **D**ON Garfias, primus Magister, creatus anno Domini 1164.
- 2 Martinus Perefus, Sionius, Magister II. creatus anno 1172.
- 3 Nunnus Perefus, Quignonius, creatus anno 1183.
- 4 Martinus II. Martinus, creatus anno 1212.
- 5 Garfias II. Martinus.
- 6 Ferdinandus Scaza.
- 7 Rodericus Gonsaluus.
- 8 Gonsaluus Lopezius.
- 9 Rodericus II. Deazius de Yanguas.
- 10 Rodericus III. Garfias.
- 11 Didacus, siue Dieghus, Garfias.
- 12 Nunnus II. Fernandus.
- 13 Martinus III. Rodericus.
- 14 Martinus III. Ruyzius.
- 15 Gonsaluus II. Ioannes, siue Ioannes Gonsaluus.
- 16 Martinus V. Fernandus.
- 17 Ferdinandus II. Perezus.
- 18 Ferdinandus III. Ordonius.
- 19 Petrus Ioannes.
- 20 Petrus II. Yuannes.
- 21 Ioannes Gonsaluus, dictus Brauus.
- 22 Rodericus III. siue Ruy, Perefus, Poncius.
- 23 Rodericus V.
- 24 Garfias III. Lopezius de Padilla: depositus anno 1302. sed postea restitutus sponte abdicauit anno 1329. Sub isto Ordo Montefrae Ordini Calatraensi supponitur anno 1316.
- 25 Alemanus, depositus est, anno 1324. vel circa.
- 26 Ioannes II. Nunnus de Prato, creatus anno 1329.

SCHIS-